



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. I. De Votis non expleto Biennio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

C A P. VI. *Seç. I.* 55

quis inutilis videatur nostro Instituto; & de singulis sub finem biennii quid ipse sentiat; ut supra dictum est. Si verò fuerit etiam Rector, scribet frequentius, ut infra cum de Officio Rectoris dicetur.

R.M.N. 56.


57.

C A P U T V I.

De Votis Simplicibus Religiosis tum ante, tum post expletum Biennium.

S E C T I O I.

*De Votis non expleto Biennio.*

**I.**  Um præter communem morem Biennium integrum transigendum sit, antequam Novitiatu expleto, per simplicia Coadjutorum & Scholasticorum Vota, Nostri fiant Religiosi; ad solatium spirituale, & uberius meritum illorum, qui sic probantur, permitti eis à Superiore poterit; ut consue:ta formula non tamen in cujusquam manibus, sed in secreto animi sui, Vota prædicta emittant: & ad memoriam conservandam obligationis factæ, unum scriptum ejus, quod Deo promiserunt,

*Cur, & quomodo hæc Vota emittantur.*



*a* Ex. c. 1. E. &  
P. 3. c. 1. T. &  
P. 5. c. 4. §. 6.

*Cujus facultate emittantur, & quid ad ea consequatur.*

*b* P. 3. c. 1. T.  
& Con. 2. D.  
14. & Con. 4.  
D. 62. & R. M.  
N. 55.

*c* Con. 12.  
Act. 39.

*d* P. 2. C. 1. A.  
& C.

penes se retineant, alterum Superiori tradant; quin etiam in libro aliquo horum memoria honestas ob causas asservetur. *a*

2. Ad hæc verò emittenda Vota Novitii compellendi non sunt, nec instigandi.

Quin primo anno solus Provincialis, rematurè considerata, facultatem ad ea nuncupanda dare poterit. At qui emiserint, postea bis in anno statutis diebus tempore Novitiatus, seorsum ab aliis, qui biennium expleverunt, ipsi simul inter se illa renovabunt. *b* Quam autem obligationem inducant hæc Novitiorum vota, declarandum à P. N. Generali. *c* Id certum est his obstrictos difficilius dimitti debere à Societate, nec nisi Provinciali consulto. *d*

## S E C T I O II.

*De Votis post biennium. A quibus & quorum facultate hæc Vota emittenda.*

*Prærequisita in Votantibus.*

1. **E**Xactis duobus annis Probationis, qui se perpetuò obediens exhibuerunt, & in sua conversatione, & variis experimentis ædificationem præbuerunt, & magna cum humilitate pœnitentias pro erratis, & negligentis injunctas sibi erunt, fi